DISSERTATIO INAUGURALIS De IURE NATURÆ,

QUAM

Præside infallibili controversiarum
Judice SPIRITU S.
indultu
Magnifici ac Nobilissimi JCtorum Ordinis
in Alma Argentoratensium Universitate

PRO LICENTIA

Assumendi summos in utroque Jure Honores
& Privilegia DOCTORALIA,
Publico ac solenni Examini subjicit

ALBERTUS FRIDERICUS Griesmayr/
Onoldinus.

In Auditorio majori die 11. Junij,
Anno Messiæ 1659.



ARGENTORATI,
Typis FRIDERICI SPOOR.
ANNO M. DC. LIX.

1535.

SERENISSIMO ac CELSISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,

DN. ALBERTO

MARCHIONI BRANDEN-
BURGICO, MAGDEBURGI, BORUSSIAE,
SEDINI POMERANORUM, CASSUBIO-
RUM & VANDALORUM, CROS-
NAE ET CARNOVIAE
SILESIORUM

DUCI,

BURGGRABIO NORIBERGENSI,

PRINCIPI

HALBERSTADENSI & MINDENSI, &cc.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



In Nomine JESU CHRISTI.

Præloquium.

NOn immeritò Aristoteles τὸ ἁπλῶς δίκαιον καὶ πολιτικὸν Jus simpliciter dictum, quo in civili societate utimur, dispescit in naturale & legitimum *lib.5. Eth. cap.*10. *Magn. M. l.* 1. *c.* 34. quorum illud quidem φύσει constat, & naturâ insitum est cordi hominum, reddens eos inexcusabiles in judicio illo ἀκριβοδικαίῳ, prout graviter scripsit ad Romanos D. Paulus *cap.* 1. *&* 2. Hoc verò τάξει vel συνθήκῃ à constitutione & arbitrio vel voluntate hominis pendet, neque à natura est insitum, sed νομικὸν κατὰ τὸ συμφέρον, lege scriptâ constat, utilitate privatâ omnia metiens. De Civili agere nostri non est instituti: Juris potius naturæ σκιαγραφίαν aliqualem delibabo. Cujus acroama paucis annecterem, nisi vererer Vlpiani illud in *L.* 1. *de in integr. restit.* Quemadmodum enim vino vendibili non opus est suspensâ hederâ; ita materiæ hujus præstantia meâ planè non indiget commendatione.

Positio I.

QUoniam in Jure nostro potior rerum, quàm verborum, habetur ratio, *l.*13. *scire.* §.2. *aliud. v. sed etsi De Excus. Tut. l. pen. D. ad exhib.* Cunr. Rittershus. *ad Novell. in Proœm. Cap.*5. *num.*18.

Carpzov. *de pacto Confrat. Sax. Haſſ. th.16. num.109.* ubi refert illud Cagnoli, Legiſtas non dialecticare in verbis, ſed exitus rerum ponderare: Ideóque relictis Grammaticorum (quorum ſubſidia aliàs Iureconſultis non ſpernenda ſunt, Quintilian. *l. 1. cap. 5.* Dom. Arumæ. *diſp. ad Pand. 4. th. 42.* Hœnon. *diſp. ad Pandect. 2. th.7.* Georg. Franzk. *Com. ad Pand. de O I. n.50.* Nobiliſſ. Dn. D. Ioh. Otto Tabor *part.1. Racemation. Crim. pag.299.*) argutiis, ad *πραγματολογίαν* nos accingimus. Cæterùm de vocabulo Naturæ vide poſt Dn. D. Bicc. *tr. de poſſeß. 1. th. 42. & ſeqq.* ſcitè tractantem Ampliſſ. Dn. D. Rebhan. in Hodog. juris chart. *I. I. Cl. I. pag. 45. & ſeq.*

Poſ. II.

An ſit jus naturale? IUs naturale dari negavit Pythagoras, & non nulli alii Philoſophi, volentes omne Ius conſtare opinione; Nihil naturâ turpe eſſe ſublatâ opinione; quæ conſtituta eſt *ἕνεκα τῆς τῶν ἀφρόνων συνοχῆς* ut inſipientes inter ſe contineantur. Item: *Μηδὲν εἶναι φύσει δίκαιον ἢ καλὸν, ἢ αἰχρὸν, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει*: Nihil eſſe naturâ juſtum aut honeſtum aut turpe, ſed lege & conſuetudine. Plur. Reverendus & Præcl. Theologus Dn. D. Ioh. Conrad. Dannhavver. h. t. florentiſſ. hujus Academiæ Rector Magnificus *Phænom. VI. Theologia ſua poſitiva pag. 311.* Ioh. Coraſ. *p.1. de Ar. I. c. 3.* Sed dari ejusmodi jus cum Platone, Ariſtotele, Cicerone tenet communis Theologorum, Philoſophorum & Iureconſultorum opinio. Cujus ratio eſſe poteſt, quia cùm homo multas habeat operationes liberas, & proinde incertas atque indeterminatas, etiam regulam habeat neceſſe eſt, qua eas dirigat, ut ſint rectæ, & conſentaneæ rectæ rationi ac fini ultimo. Quod non neſcivit magnus ille Gentium Doctor S. Paulus ad Rom. c.2. dum inquit, Gentes, quæ legem non habent, ſcriptam ſc. naturaliter ea, quæ legis ſunt, facere. Hinc rectè Nic. Hemmingius *in libello de lege Naturæ ſtatim ab initio ait; Hanc naturæ legem qui negat mentibus hominum impreſſam eſſe divinitus, cum à ſe ipſo diſſidere neceſſe eſſe; quoniam cum ſummis Philoſophis & A. Paulo contrarium teſtetur omnium hominum conſcientia.* add. Caſp. Eraſm. Brochmand. *tom. 2. ſyſtem. theol. cap.3. ſect.1.* Poſ.

Pos. III.

EST autem Jus naturale, quod naturalis ratio immediatè cum hominе produxit, hominemque, quà est homo, in suam felicitatem ducit: nec ullam ejus supponit multitudinem, nullamque infert relationem ad societatem aliquam, sive domesticam sive Civilem. Dictum est, immediatè, ut differentia appareat cæterorum Iurium, quæ mediante voluntate humanâ & societate aliquâ eadem ratio naturalis inter homines constituit. Additum verò, hominem, quà est homo; non qua animal, quia Ius à ratione, vel (ut Cicero scribit) à natura hominis ortum habet. Nam animantium naturales motus, qui sine ratione cientur, Iuris nomine venire absonum videtur. vid. C.I.A. *lib.1. tit.1. th.17.* Dn. D. Greg. Bicc. *in praloq. rerum suarum quotid. th 33.* Fr. Suarez. *de ll. l.1. c.1. n.2. & c.3. n.8.* Cæterùm Phil. Melanchton. Com. *in Epist. D. Pauli ad Roman. cap.1. fol.36.* sic describit: Lex naturæ est notitia principiorum practicorum, & conclusionum, quæ inde necessariâ consequentiâ extruuntur; insita mentibus hominum à Deo, & congruens cum æternâ normâ mentis divinæ, ut ostendat, & esse Deum, & qualis sit, & quòd præcipiat servari discrimen honestorum & turpium, & quòd judicaturus sit, ac puniturus eos, qui non servant. Iunge Io. Rosinum *lib. 8. Antiquit. Roman. cap.1.* Hemming. *de lege naturæ* (quem allegare molestum videtur, quia nec libris, nec capitibus, neque paginis libellum distinxit) ubi alias definitiones habet, H. Grotium *de I. B. & P. l.1. cap.1. num.10.* Hug. de Roy *in tr. quem scripsit de eo quod just. est, l.1. tit.3.*

Quid sit?

Pos. IV.

SUnt ex Doctoribus, qui Ius naturæ duplex faciunt, primævum & secundarium, ut videre est apud Io. Schneidevv. *ad pr. I. de I. N. num. 3. 4. 5.* Ioach. Mynsing. *ibid. n.5.* Iac. Menoch. *Consil. 1283. num. 25.* Theod. Reinking, *de R. S. & E. lib.1. class.5. c.1. n.57.* & alios complures. Quibus Ius naturæ secundarium nihil aliud est, quàm Ius gentium; quomodo ab ipso Vultejo *lib.1. I. R. cap.1.* Io. Althusio *lib.1. I. R. cap.1.* Iac. Girardo *in Anchora Iuris sub voce*

Num rectè dividatur?

Ius gent. pag. 213. Dan. Ottone *de Iure Publ. cap.* 12. *pag.* 439. expressè vocatur. Sed quomodo dici potest Ius gentium nobiscum natum? Non potuit id ante gentem existere, id est, antequam societas quædam esset; Cum Adamo non ilicò domus & Respublica creata, sed subinde ex homine cœpit societas vel gens. Primùm utique fuit unus homo, ex uno homine orta est familia, ex familia civitas. Domum enim priorem fuisse civitate expressè docet Aristoteles, tempore nimirum & ordine essendi ac existendi. Nam dignitate & præstantiâ civitatem priorem domo, sicut totum prius parte esse docet Aristot. 8. *Ethic. c.* 12. *&* 2. *Pol.* 3. aut igitur gentem immediatè prodiisse cum homine à naturâ, puta cum Adamo, concedendum est, aut distinctio illa repudianda. Quippe juxta notam Metaphysicorum regulam, distinctio, quæ non habet fundamentum in re, nulla est, & tanquam purum putum figmentum meritò rejicitur. Dn. D. Io. Scharfius *in Metaphys. Exemplar. lib.* 2. *cap.* 17. Etenim accidens neutiquam potest subsistere absque suo subjecto, nec ante illud esse; nisi accidens è subjecto suo rejici, & in pavimento jacere videas, imò febrim ipsam febricitare & horrore concuti tibi persuadeas cum Paracelsista illo, quem ridet Conr. Hornejus *in processu disputandi, cap.* 3. *sub fin.*

Pos. V.

Autoris Ἐπίκρισις. Dicimus igitur, unicum esse Ius naturæ, nec citra confusionem aliquam ita dispesci posse; dissentientes refutat post alios Dn. Erasmus Ungepaur *Exerc. Iustin.* 2. *quæst.* 2. *in Nego.* Veram autem differentiam constituimus hanc, quòd Ius naturæ cum homine statim prodierit § 11. *I. de* R. D. Ius verò gentium cum ipsâ gente, §. 2. *I. de I. N.* 2. Ius nat. ratio naturalis immediatè constituit, nullâ interveniente voluntate humanâ; Ius gentium non nisi arbitrio humano mediante eadem ratio naturalis induxit. Hinc describitur Ius gentium, quod mediante societate & voluntate humanâ ratio naturalis inter homines constituit, & hominem, quatenus in gentem & societatem est collectus, considerat, nec non ad felicitatem istius societatis, in qua vivit, perducit, §. 1. *&* 2. *I. de Iure nat. l.* 1. §. 4. *D. de I. & I. ubi dicitur, quòd gentes humanæ*

humanæ Iura quadam sibi constituerint. Dicitur hoc Ius per gentes constitutum, non quasi omnibus simul & actualiter congregatis introductum, sed quòd successivè omnibus placere visum sit. Alber. Gent. 1. *de I B. cap.*1. Hillig. *in Don. lib.* 1. *cap.* 6. *lit.* T. & à sanioribus, ratione humanâ & utilitate communi dictitante, observatum receptumque fuerit. Magnificus Dn. Io. Limnæus, Patronus noster venerabiliter honorandus, *ad Capitulat. Caroli V. art.*9. *pag.*174. *& seq.* succinctè Vultej. *ad pr. l. hoc tit. num.* 4. Nec obstat, quòd Ius gentium & naturæ sæpè inter se conferantur, ut in §. 11. *&* §. 42. *vendita. I. de R. D.* vid. Conr. Rittershus. *part.* 4. *Novell. cap.* 2. *num.* 15. ubi plures textus adduxit, quibus Ius gentium pro Iure naturæ accipiatur. Ad quæ & alia facili negotio responderi potest ex traditis meorum Doctorum. Scilicet Ius gentium suo modo etiam constituit ratio naturalis, seu illud derivatur ex Iure naturæ per modum conclusionis; exindeque ad Ius naturæ referendum videtur, id tamen potiùs fit materialiter. Vide Filliucium *tr.* 31. *tom.* 1. *de I. & I. n.* 20. Franc. Suarez. *de legibus lib.* 2. *cap.* 16.

Pos. VI.

Exempla: 1. *Matrimonium.*

EXempla Iuris naturalis proposuit Ulpianus noster *l.* 1. §. 3. *D. de I. & I.* & Iustin. *pr. I. de I. N.* quæ inter primum ac præstantius existit matrimonium. Quod referimus ad Ius divinum, quoad institutionem Gen. 2. (non tamen Sacramentum, ut C.C. & Covarr. *part.* 2. *de matrimon. cap.* 1. §. 1. *num.* 2. ex Paulo ad Ephes. cap. 5. probare conantur, add. Lancelot. *in I. Iuris Can. lib.* 2. *tit. de Sacram. matrimonii* 9.) ad Ius naturæ, quoad conjunctionis & procreationis appetitum; gentium, ratione consensûs quo contrahitur & usus; Civile & Canonicum, ratione solennitatum & prohibitionis graduum aliorum, quàm ascendentium & primi in transversalibus aliarumque, quæ civili ratione nituntur. vide Nicasium *ad pr. I. h. t. num* 3. Coras. *part.* 2. *de A. I. cap.* 4. *pag.* 113. Wesenbec. *ad pr. I. h. t. sub verb. matrimonium.* Mynsing. *ibid. n.* 15. Non enim est infrequens, ut pro vario considerandi modo una atque eadem res & naturali & gentium & Civili Iuri tribuatur;

Quod adducto matrimonii exemplo ostendit Bernhard. Schotanus *in examine Iuridico pag.22.* apposité Accurs. *in gloss. ad d. pr. I. de Iure nat. lit. k.* Causæ verò matrimoniales num ad Ecclesiasticum vel Civile forum sint referendæ, multùm disceptabilis est controversia; prius præoptant CC. ut plur. *per cap. 8. gaudemus extra de divort. & cap. 12. accedentibus extra de excessibus Prælat.* videatur Ummius *disp. ad Proc. 4. th. 13. num. 69.* Schneidvv. *de nuptiis, rubr. de divortio num. 6. ubi citat Panorm. in cap. 10. ex conquestione num. 2. extra de restit. Spol.* Carpz. *lib. 2. I. E. tit. 1. def. 14. num. 12.* Hotom. *qu. Ill. 23. p. m. 152. & seq.* & ita quidem communiter Dd. Posterius placet Ioh. Harprechto *ad §. nuptiæ autem I. de P. P. num. 41. & seqq.* Alber. Gentil. *lib. 1. de nuptiis cap. 15. & seqq.* Val. Riemero *in qq. Ill. Dec. 2. quæst.* Sanè causarum matrimonialium cognitio antiquitus solius fuit secularis Iurisdictionis, ut indicant leges Civiles, & per vim tantùm eam ad se transtulerunt Episcopi & Pontifices in occidentalibus Ecclesiis, vide hac de re contra Pontificios disputantem Dn. D. Calovium *de pace relig. disp. 2. §. XXXIV.* Rectè tamen in nostris Ecclesiis earum cognitio per Ecclesiasticum Presbyterium & Christianum Politicumque Magistratum simul expediri solet, prout graviter monet B. Lutherus im Bedencken von Handlung in Religions Sachen / *sub tit.* von Ehesachen. Paul Cypræus in eleganti *tr. de Sponsalibus cap. 14. §. 29. num. 8.* cujus verba annectere haud molestum erit: *Ut prædicanda est Pontificum cura, qui viros eruditos his de causis pronunciare voluerunt, ita reprehendenda arrogantia, quòd solos Ecclesiasticos aliis exclusis de nuptiis cognoscere voluerint. Nam & Theologos & ICtos ad harum causarum dijudicationem adhibendos esse statuo. Idq; exemplo Hebræorum & Græcorum, quos & multa Ecclesia nostrâ ætate sequuntur.* hactenus Cypræus.

Pos. VII.

2. Liberorũ procreatio. ALterum Ulpiani exemplum est liberorum procreatio, *d. l. 1. §. 3. de I. & I. pr. I. de I. N.* Equidem naturalissimum est, liberos procreare. Ipse namque Deus ter Opt. Max. completo perfectóque omni naturæ ornatu, hominem in mundum, tanquam in suam possessionem, produxit, illique, ne vitam inamœnam

nam degeret, in adjumentum ac societatem mulierem adjunxit, insevitque utrique vim amoris, ac procreandæ sobolis aviditatem; quam cum brutis communem possident homines. Videmus enim, quòd omnis generis animalibus hoc sit à natura insitum, ut posteritati consulant, ac propagationi insistant, vide Levin. Lemnium *lib.1. de occultis naturæ miraculis cap.3.* Fr. Hotom. *ad pr. I. h.t. sub verbis, Liberorum procreatio.* Vasquium *lib.2. controvers. ill. cap.51. num.59.* Io. Sperling *ad exerc. Scalig. meditat.13. effat. 1. & 2.* Sed Iuris naturalis dici nequit. Aliud enim est, esse naturæ, aliud Iuris naturæ. Ius involvit judicium, προαίρεσιν ac libertatem agendi; verùm sobolem procreare non magis est Iuris, quàm ignem urere, lapidem deorsum ferri. Magnificus Dn. Rector *phænom. VI. suæ Hodosoph. pag.310.* consule latiùs Cunr. Hornei. *lib.4. phil. Moral. cap.3. num.24.* & confer positionem nostram XVI.

Pos. VIII.

Tertium rectè ponit in educatione liberorum; expediti namque Juris est, quòd pater ante omnes alios consanguineos alere teneatur liberos, *l.5. si quis §.10. si quis D. de agnosc. & alend. libb.* etiam Jure Naturali, *pr. I. d.t. d.l.1. §.3. de I. & I. l.ult. §.5. Ipsum autem. C. de bonis quæ libb. Can.7. Ius naturale dist.1.* Ant. Faber *lib.1. conject. cap.16. pag 36.* unde necare dicitur liberos, qui denegat alimenta, *l.4. necare D.d. tit.* Io. Bellonus *lib.2. Antinomiarum pag.73.* Carpz. de Iurib. fœmin. *Dec.2. pos.7. n.5. & seqq.* adeò quidem, ut alimenta magis debita sint à patre filio, quàm à filio patri, Menoch. *consil.433. num.17.* Quod tamèn de Vitrico non exaudiendum, qui, juxta veriorem Dd. opinionem, alimenta jam præstita rursus exigere valet, *l.15. Si paterno vers. quod si ut repetiturus ea. C. de neg. gest.* Mart. Coler. *de aliment. lib.1. c.12. num.23.* tantum abest, ut ad præstationem sit obstrictus; quemadmodum anno 1614. pronunciavit Facult. Jur. Lips. Daß der Stieffvater ohne vorgehende seine Bewilligung seine Stieff-kinder zu ernehren nicht verpflichtet/ ꝛc. Carpz. *in arb. consang. disput.2. pos.34. num.107. & seqq.* Procedit autem nostra sententia non

3. *Educatio.*

modò in filio ex legitimo matrimonio procreato, sed & in naturali ac spurio, Nov. 18. *cap. 5. auth. licet* C. *de natural. libb. cap. 5. Cum haberet extra de eo qui duxit in matrim. &c.* Nicas. *ad pr. I. h. t. n.* 4. Strauchius *in Colleg. succ. ab intest. disp. 3. th. 33.* Carpz. *praell. loc. num. 7.* Petr. Peckius *de testam. conjug. lib. 5. cap. 15. n. 1.* Andr. Gail. 2. O. 88. *num. 4. ubi hoc, secundum communem Dd. opinionem, in utroq; foro servandum esse ait.* Attamen fallit 1. si filius proprio labore ac industriâ victum & amictum quærere possit; justa siquidem causa denegandi filio alimenta est, quando filius potest seipsum exhibere, ut est *text. in l. 5. si quis. §. 7. sed si filius D. de agnosc. & alend. libb.* Gail. *dict. Obs. 88. num. 4. & 9.* Christian. Kremberg. *tr. de sumptib. studior. quæst. 1. num. 24. in fine pag. 43.* Carpzov. *p. 2. I. F. Const. 10. def. 18. n. 6.* ubi docet, hoc verum esse, non solùm quando filius possidet bona, ex quibus alimenta sumere possit, sed etiam quando potest vivere ex suis operis, *L. un. C. de mendic. valid. ubi Br. n. 7. dicit, quòd filio sano & robusto, valenti operari, non teneatur pater ministrare alimenta.* Fallit 2. si ingratus sit filius, *l. ult. ibiq; Goth. C. de al. libb. 3.* si ex incestû natus, Nov. 89. *cap. ult. auth. ex complexu C. de incest. nupt.* huc pertinet elegans dictum Baldi: Jus civile in tantum amâsse castitatem, ut etiam destruxerit paternam pietatem, ref. Gail. *d. O. 88. num. 5.* Rittershus. *ad Novv. p. 4. c. 2. n. 27. in fin.* quod temperatum J. Can. *cap. 5. Cum haberet. extra de eo qui duxit in matrim. &c.* Dn. D. Ioh. Brunnemann. Ordinarius Fac. Jur. Francofurt. meritissimus, Præceptor noster colendus, *Exerc. Iustin. ad pr. I. h. t. 4.* si patris substantia ita est attenuata, ut pro alimentis propriis non sufficiat, *l. pen. in f. D. de agnosc. & al. libb.* Casp. Klock. *Consil. 129. num. 77. Tom. 3.* Sed & hoc addo, quòd, in casu converso, liberi parentes sustentare obstricti sint; si scilicet pauperes, imbecilles, senio confecti, ita ut tantum acquirere nequeant, quantum ipsis satis est, ad quotidianum victum & amictum, *l. ult. § 5. Ipsum autem C. de bonis qua libb. l. 5. filia tua C. de P. P. l. 1. & 2. C. de al. libb. ac parentib. l. 5. si quis in pr. ibiq; Goth. lit. G. alere liberi parentes suos tenentur, etiam jure naturali D. de agnosc. & alend. libb. Nov. 12. c. 2. auth. incestas C. de incest. nupt.* Nicas. *praalleg. loc. n. 5.* Io. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 17. n. 1.* Carpz. *in arb. Consang. d. pos. 34. num. 115.*

Io. Dauth

Io. Dauth. *de testam. ad l. Hac consultissima n.49. pag.620.* Ubi huc applicat illud Pauli 1. *Tim.5. vers.8. & 16.* Cæterùm utrum blandè vel duriter educandi sint liberi, politicè disserit Matthias Berneggerus (Prof. quondam Argentinensium celeberr. Historicus eminentissimus, Politicus singularis, Mathematicus eximius, Philologus incomparabilis, quo elogio eum donavit Wilh. Schikard. *tr. de Iure Reg. Hebræor. in epist. dedic.*). *qu. in Tac.14. add.* Carpz. *lib.1. I.C. tit.6. def.74. n.1. & seqq.*

Pos. IX.

PErtinet huc etiam proprii corporis defensio adversus vim externam, *l.3. ut vim D. de I. & I. l.4. Item l.45. scientiam. §.4. D. ad L. A. l.1. §27. vim vi. D. de vi & vi arm. clem. pastoralis vers. cæterum, ibi, defensio à Iure naturali provenit, de sent. & re judic.* Hinc Cicero in Orat. Milonianâ: *Hoc & ratio doctis, & necessitas Barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, quacunq; ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.* Distinguo tamen inter defensionem simplicem & informatam; simplex Iuris naturæ est, per textus jam adduct. Chil. König. *in Process. cap. de Delegato p.m.92. in pr.* Consil. Argent. 50. *n.99. & seqq. vol.2.* Suth. *diss. ad Inst.1. th.52.* Dn. Io. Sithmann. Iuris Prof. in Gymnasio Sedinensi Regius *diss. ad Inst.2. num.*100. Informata ejus Iuris dici potest, à quo informationem accepit: Ita defensio qualificata, vel M. I. T. Iuris naturalis non est, sed juris ejus, à quo moderamen istud constitutum est. Facit *lex 1. ibiq; Bl. C. unde vi.* Hillig. *in Don. lib.1. c.7. lit. G. H. I.* Lud. Gilhus. *in annotat. ad art. 139. Ord. Crim.* Io. Niell. *disp. ad Inst. 1. thes.4.* Cæterùm illud quæritur, an defensio tantùm sit permissa, an verò præcepta? posterius placet, 1. propter text. *in l.2. & 3. de I. & I.* ubi non tantummodò præcipitur, ut patriæ & parentibus pareamus, verùm etiam ut vim atque injuriam propulsemus. 2. Nostri juris est, quòd teneamur alios defendere, textus sunt *in l.1. §.4. D. ad L. Corn. de Sicar. L.50. ubi pulchrè Decius* Bronch. *D. de R.I. l.109. D. eod. cap.47. Quanta X. de sent. excommunic. can.7. non in, & c.8. qui potest. ca.23. qu.3. Proverb.24. vers.11.* E. multò magis nos ipsos; plus enim tenemur providere vitæ nostræ, quàm alterius,

4. Defensio.

 per-

pertext. famosiss. *in l.6. præses. C. de servit. ubi Accurs. Alpibus ipse perit, qui se plus diligit ullum.* Wesenb. *de F.F.cap.9.n.11.ibiq;* Herm. Hermes. *in not.* Hillig. in Donell. *lib.* 18. *cap.* 16. *lit.u.* Dn. Wilh. Ludvv. *in Synops. Feud. cap.*14. *pag.*372. *n.*4. 3. Huc faciunt tradita B. Lutheri *tom.*1. *lat. Ienens. in disp. Witteb. anno* 1539. *mense Martio hab. ibi, Si latro in itinere te occidere volet, propter Christum debes te defendere, etiamsi occidendus sit ille.* Et Mart. Chemnit. *in loco Theol. de l. DEI in explic.*5. *Præcepti dicit, quintum Præceptum, Non occides, præcipit non tantùm, ne alios occidas, verùm etiam ut teipsum defendas, nec ab altero occidi sinas, nisi enim te defendas, efficis, ut dicta lex in tua persona violetur.* Quem latiùs hac de re tractantem vide *in loc. de vindicta qu.*3. *pag.* 355. *& seqq.*

Pos. X.

Causa efficiens.

CAusam hujus nostri juris efficientem remotam statuimus ipsum DEUM. DEUS enim, qui cuncta suaviter disponit, veluti naturæ auctor, impressit mentibus nostris lumen, per quod legem ejus æternam participantes, actiones nostras ad debitum finem, quo suapte naturâ feruntur, digeremus. Dom. Sot. *lib.*1. *q.* 4. *art.*1. Syth. *de Iurisd. th.*30. Propinquam lumen illud naturale, à DEO intellectui humano inditum ac signatum, Lud. Molina *tom.*3. *de I. & I. tract.*5. *disp.*46. *n.*14. Magnific. Dn. Rector. *phænom. VI. Hodosoph. pag.*312. Hinc bellè Cicero pro Milon. *Est hæc non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex natura ipsâ arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.* Lumen illud per ratiocinationem, τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, sicuti à Philosophis vocantur, benè digerit, ne hæc consequentia aberrent decore honestatis. Unde non est, quòd quis objiciat locum ex Arist. *lib.*3 *Ethic. c.*2. Pravos ignorare, quid facere oporteat.

Pos. XI.

Certitudo principiorum.

ET quamvis dentur Principia naturâ nota, quendam tamen eorum statuunt habitum, quem Aristot. νοῦν vocitavit mentem 6. *Ethic.* 6. Alii συντήρησιν: Philosophi rectam rationem; JCti

Ius

Jus naturæ; S. Paulus legem naturæ, justitiam DEI, & opus legis cordibus hominum inscriptum appellat, Rom. 1. & 2. vid. Phil. Melancht. *in aureo suo libello de anima, rubr. Quæ sunt causæ certitudinis doctrinarum*, *& lib. 1. doctrinæ phys. pag. 4. 11. & seqq. Idem in Epitom. Phil. mor. rubr. de Dist. Iuris nat. & positivi pag. 193. & seqq.* Ex quibus sequitur 1. Nihil falsum esse posse, quod rectâ hâc ratione, hisque ex veris principiis eruitur. 2. Pro politicâ assertione id tantùm habendum esse, quod lumini naturæ & rectæ rationi examussim respondet; Quicquid autem ab hac dissentit, non esse politicum aut philosophicum, sed erroneum falsumque. Quemadmodum pronuper prolixè docuit CL. Sigism. Pichler. Prof. phil. pract. Regiom. *in elegantibus suis discursibus, de principiis politicæ doctrinæ regulativis.*

Pos. XII.

VT propterea nihil habeat, quod vafritiei suæ prætendat maculatum illud Hetruriæ vellus, ut Alsted. nominat, Nic. Machiavellus; cum jubet Principem quidvis simulare & dissimulare, fidem dare, eamque & jurejurando nonnunquam astringere, eandem tamen, quoties ipsi commodum erit, infringere, violare & fallere. *Instit. princip. c. 18.* Qui in discursibus suis, ubi seriò agit, periculosa multa scribit, quæ penitus diruunt immota juris naturæ principia. Recordor jam illius tantùm, quod habet *lib. 1. discursuum suorum cap. 9.* ubi Romulum fratricidam satis speciosè excusans concludit, Bonum eventum semper excusare factum. Augustinus sanè *libr. 3. de civitate DEI c. 6.* impium Romuli facinus improbat; Idem facit Cicero *lib. 3 offic. pag. m. 117.* ubi Romulum & pietatem & humanitatem omisisse dicit, ut id, quod utile videbatur, neque erat, assequi posset. Cæteroquin singula in d. cap. ab isto tradita adeò videntur absurda, ut vel tyro philosophiæ moralis promptissimè confutare possit. Quin imò ipse sibi contradicit *d. lib. 1. cap. 6.* statuens, dandam esse operam in Republ. ut id, quod honestius est, semper præferatur. Cunr. Rittershusius hunc hominem ingeniosissimum quidem, sed planè ἄθεον, si ita sensit, ut scripsit (quod credibile, ac, ut Ul-

Impia Machiavelli dogmata.

piani

piani verbo utar, præsumptum est, quamvis alii aliter existiment) vocat in *Comment. An Hæreticis data fides servanda sit cap.17.* Qui & propterea ex Parnasso omnium rectè sentientium judicum, & ipsius Apollinis judicio rejectus apud Trajan. Boccal. *reg.89.cent.* 1. vide contra huius furfuris Politicos graviter differentem Dn. Jo Henric. Bœclerum *Comment. in Corn. Nepot. pag.* 58. *& seqq. Hi sunt hodiè*, inquit, *ibidem verè ac notabiliter, qui se Politicos vocant, homines sine bonâ mente, & ad exemplum Callicratis, sine ulla religione ac fide, callidi interim & ad fraudem acuti: nihil illis nefas, quod quæstum; nihil infame, quod commoditatem aliquam promittit: cælum, jura, leges, fœdera divina humanaq; omnia, nec sancta, nisi ex usu; nec timenda nisi per simulacrum. Contra ea, parricidia, incestus, injuria, cædes, inter artes & speciosa nomina & sacra tuendi status jactantur: & quantulum à publica extremi sceleris ac nequitiæ commendatione absumus? Non enim unus ista Florentinus Veterator nefariâ voce laudavit; sed demissâ ab ultimis ætatibus contagione, exemplis eorum, quibus nec divinitas flagitio immunis placuit, tantum jam profecit Christianus orbis, ut hæc quasi arcana suæ sapientiæ pignora Christo suo inspectante, nec silente, palàm exosculetur.* Hactenus ille, vir aliàs ut reconditæ eruditionis, ita indefessi laboris strenuam operam navat, in illustranda civili prudentiâ. Iung. Io. à Chokier *in thesauro aphorism. Polit. lib.1. cap.5. pag.28.* CL. Pichler. *de præsagiis Rerumpubl. præsagio 3. n.10. & discurs. Pol.1. th.4.*

Pos. XIII.

Materia. MAteria in qua est homo, exercitio rationis non impeditus; ut segregandi veniant infantes, dormientes, furiosi, mente capti &c. in quibus non nisi actu primo, ut Metaphysici loqui amant, illud reperitur. Sicut enim scintillæ in lapide latent, antequam actu eliciantur; ita jus naturæ in illis tantisper quiescit, donec usus rationis & anni accesserint. Quo ipso tamen illud Aristotelis non negatur, quod habet *lib.3. de anima c.4. Intellectum hominis, ut primùm nascitur, esse instar rasæ tabulæ, cui nondum quicquam inscriptum sit, aliquid tamen inscribi queat.* Ex dictis fluit, quòd in has personas delictorum perpetratio cadere propriè nequeat,

queat. nisi forsan materialiter, sicuti post alios distinguere solet Andr. Vallensis *in x. Iuris Can. extra de eo, qui cognovit consang. ux. num.6. & tit. de divort.* §.2. *num.2. confer elegantem disput. Inaug.* Ampliss. Dn. Licent. Bentzii, Consiliarii Brandeb. in Aula Onoldina, Fautoris mei jugiter colendi, *th.132. & seqq. ubi distinctim ostendit, quomodo tales ab omni pœnarum rigore sint immunes.*

Pos. XIV.

FOrtiùs excludo bestias; in quas jus naturale non cadere, ex eo verificatur, quòd ita justitiæ & beatitudinis forent participia, & obligatio naturalis locum haberet; quæ omnia sunt absurda. Nec ullo modo juris capaces esse possunt, *c. 4. mulier. ca. 14. qu.1.* Ioh. Thomæ Consil. in aula Altenburgensi Saxonicus *in limatiss. tr. de Noxia animalium c.27. num.6.* C.I.A. *lib.1. tit.1. n.16.* Gottfrid. Suevus *Dec.1. qq. Ill. qu.5.* Hinc Ames. *de conscient. lib.5. cap.1. num.13. in brutis, ait, animalibus juris ratio propria non magis habet locum, quàm in plantis aut rebus inanimatis.* Rectè: quia neque ratio distinguens aut bonum & malum, neque voluntas aut electio unius præ alio, neque denique justitia ulla brutis magis, quàm inanimatis inest rebus. Adde, quòd omne jus propriè tale sit rationis, & inter eos, qui certâ ratione inter se sunt conjuncti. Arist. *5. Ethic. c.10.* unde etiam omne jus ad homines refertur *l. 2. D. de stat. hom.* vide latè & eleganter hæc propugnantes Io. Seldenum *de I. N. & G. juxta discipl. Hebr. lib.1. cap.4. & 5. ubi rectè docet, nec Hebræos ejusmodi jus hominum & brutorum commune agnovisse*; non obstante difficili textu *Gen.9. v 5.* Grotium *de I. B. & P. lib.1. cap. 1. num.11.* Georg. Calixtum *Theol. Moral. pag. 46.* *Nū cadat in bruta.*

Pos. XV.

RAtionem hujus nostræ negativæ reddunt Dd. ex Ulp. *l. 1. §. 3. ait Prætor. D. Si quadrup. paup. fec. dic.* & Iustin. *§.2. l. eod. ubi* negatur animal injuriam facere, quod sensu caret. Sensum accipe, non physicè pro sensu corporis, (quoniam fieri non potest, ut animal sit carens sensu. Aristot. *de part. animal. lib. 2. cap.1. &* *Ratio negativa.*

de anima lib.3. cap.12. imò propter partem animæ sensitivam & quoad illam animal est, Arist. *de generat. animal. lib.2. cap.1. & 3.* & secundum eam ab iis differt, quæ tantùm vivunt. Arist. *de generat. animal. lib. 1. cap. fin.*) neque tamen pro proæresi, ut explicant Schneidevvinus & Wesenbecius *l. d. t.* seu deliberato proposito peccandi, ut Bachov. *in Not. ad Wes. π. si quadrup. paup. n.11* (cùm etiam citra proæresin damnum injuriâ possit fieri, *arg. l. 44. in lege D. ad L. A.*) sed pro mente, Grot. *in flor. Iustin. ad l. 1. D. si quadrup. paup.* intellectu, Pacius *ad d. §. pauperies l. d. t.* Franzke *Comm. ad Pand. d. tit. num. 4.* judicio Theoph. & Cujac. l. hîc, sive ratione, *arg. pr. l. d. tit.* quæ quasi sensus est animi, conf. *l. 32. quamvis §. fin. de A. P. l. 22. § 7. D. Solut. matrim.* Scilicet naturales affectiones, motus, stimulos & instinctus bruta cum hominibus in multis habent communes; destituuntur tamen formâ, & moderatrice necessariâ, ratione, quæ ad justitiam, bonum, æquum & honestum ea dirigat. vide Georg. Liebler. Prof. quondam phys. in Acad. Tub. egregium Petri Rami confutatorem, *in Epitom. Phil. nat. pag. 371.* Ioh. Borcholt. *ad pr. l. h. tit. num. 2.* ubi ait: nonnulla verba adjecisse Imp. non quòd velit, animantibus esse ullam juris communionem, rationis enim expertia sunt; sed ut evidentiùs & pinguiùs demonstret, jus naturæ non constitutione aliquâ, sed tantùm naturâ haberi. Ita ille. sicque auditores suos docuit quoque Wesenb. *ad pr. I. h. tit. num. 2.* sic Mynf. *ibid. num. 34.* Corvinus *in Enchirid. tit. 2. p. 6.* Pacius *tit. 2. p. 29. & 30* Giphanius *in proœm. Antinom. them. 6.* Hotom. *ad d. pr. I. h. tit.* Bachov. *in Tr. 1. disp. 1. th. 4. lit. B. & C.* ubi graviter disserit pro nostra sententia contra Tr. D. Bicc. *in Praloq. Aureorum th. 33.* Vultej. *ad pr. I. h. tit. n. 3.*

Pos. XVI.

Opinio Cl. Davidis.

HInc nec cuiquam, puto, facilè probabitur opinio Claudii Davidis *in velitat. leg. ad pr. I. h. tit.* fraudem in vulpe, sævitiam in leone, sagacitatem in cane, &c. juri naturali absurdè adscribentis. Crassiùs philosophatur Vacon à Vacun. qui etiam jus naturale arborum & herbarum agnoscit, & omnes omninò incli-

nationes

nationes naturæ juri naturali tribuit 1. *declar*. 1. sed rectè distingunt Philosophi inter ea, quæ sunt naturalia, & quæ sunt juris naturalis, v.g. maris & fœminæ conjunctio est naturalis, hoc est, in homine adulto ad eam rem reperitur inclinatio naturalis; at non magis juris naturæ est, quàm cibum, potum vel somnum petere. Conf succinctè & accuratè Vallens. *in tr. Iuris Can. proœm.* §.3. *num*.2. latiùs & philosophicè Hornej. *l*. 4. *Phil. moral. cap*. 3. *num*.24. Præclarè Hotom. *ad pr. l. hoc tit. Quod si ea, quæ nobis cum brutis communia sunt, juris nomine complectamur, jus esset, cibum capere, bibere, dormire, currere, quiescere, & quæ sunt in eodem genere.* Sic ille. Ita quoque Vult. *ad pr. l. h. t. num*.3.

Pos. XVII.

Legimus quidem apud Autores, quòd animalia ad supplicia fuerint attracta; *Exod*.21. *v*. 28. *& seqq*. bovem, qui hominem occidit, lapidari jubet sanctissimus Legislator. Quam legem, utpote ad absterrendos homines bestiarum more feroces latam, & *Gen*.9. *v*.5. fundatam, etiam ultra Politiam Judaicam extendit Ludovicus Dunte *de casib. conscient. cap*.10. *sect*.2. *qu*. 15. Et Guido Papæ *decis*. 238. In Burgundia se meminit vidisse quendam porcum, qui puerum occiderat, in furcis suspensum. De bove occisore præjudicium habet Carpzov. *part*. 3. *qu*. 131. *n*. 25. Daß der Ochs zu Verhütung fernern Unglucks und Schadens billig abgethan werde. Adde eundem *part*.3 *q*.101. *num*.20. *&* 21. Quorsum hæc & plura alia, si animalia omnis penitùs juris injuriæve sunt incapacia? Sanè Iul. Clarus *lib*. 5. *sentent*. §. *fin. qu*.99. *n*.8. apertè dicit, nunquam sibi eam consuetudinem puniendi animalia placuisse, neque se eam, nisi in casu Sodomiæ, servatarum esse profitetur. Carpzovii præjudicium loqui videtur de mactatione bovis cornupetæ, non tanquam in pœnam admissi, sed, ut verba sonant, evitandi futuri periculi causâ, à lanione fortè, non à carnifice faciendâ; seu de tali mactatione, quæ domino ne quidem carnis & corii dominium eripiat. Quæ expositio est consona juri Sax. Landr. *lib*.2. *art*.40. Christoph. Zobelius *part*. 4. *different. Jur. Civ. & Sax. diff*.8. *num*.11. Carpz. *d. qu*. 131. *n*. 20.

Considerātur facta animaliū.

Attamen ad supplicium ducuntur, non coërcitionis causâ, sed ut, qui duci jubet, facinoris abominationem contestetur. Quæ quidem generalis est ratio pœnæ animalibus irrogatæ. Specialis est in factis obscœnis, memoriæ abolitio, *C.3. firmissimè §. ex eo autem in f. c.4. mulier ca.15. qu.1.* cuius textûs commendationem remissivè habet Andr. Tiraquell. *de pœnis temperand. caus. 49. n. 59.* Quam non observant, qui equarum aut vaccarum à viris initarum capita in loco publico faciunt affigi, defensi licèt à Claro *d.qu. 99. n. 8.* In atrocibus (nam ex hisce duabus causis, atrocitate vel obscœnitate facinoris, hodiernis moribus plecti solent animalia) absurdum non videtur, tale irrogare supplicium, post quod facinoris puniti conservetur memoria, atq; homines conspectis noxæ reliquiis ea fugere discant, quæ etiam brutum non impunè vident tulisse.

Pos. XVIII.

Forma. FOrmam consistere puto in rectitudine & convenientiâ actionis voluntatisque humanæ cum recta ratione. Quâ ex convenientia vel disconvenientia aliquid esse juris naturæ firmiter concludimus. vid. Grot. *lib.1. de I. B. & P. cap. 1. num. 10.* licèt à posteriori quoque, etsi non certissima fide, probabiliter tamen idem colligatur, si apud omnes gentes, vel certè moratiores, pro tali habeatur, Frantzk. *ad Pand. de I. & I. num. 123.* Dn. Pichler. *discurs. Pol.2. th.16.* Sic ut Superioribus pareamus, respiciamus Magistratum, Patronos veneremur, senes revereamur &c. rectæ rationi omnimodò consentaneum est; Hinc ea, tanquam Iuris naturæ præcepta, in jure nostro passim inculcantur, *l.2. D. de I. & I. l.6. parentes D. de in jus voc. l.2. venia C. eod. l.1. §.15. & generaliter D. de ventre in poss. mitt. l.1. & l.9. liberto D. de obseq. par. & patron. præstand. l.5. semper. D. de Iure immunit. c. dominus §. si verò 2. FF.22. c.1. §.2. vers. prædictis 2. FF.24.* scitè Ioh. Gœdd. *in l.6. nominis num.3. sub fin. de V.S.* Iac. Lampad. *de Republ. Rom.Germ. part. 1. §.11. & seqq.* Dn. Limnæ. *l.1.I. P. c.1. n.18.* Io. Thomæ de Marinis *in tr. Feud. lib.2. n.50. pag.159.* Curt. Jun. *in tr. Feud. part.4. n.8. pag.325.* Petr. Nicol. Mozzius *in tr. Feud. tit. Ex quibus causis Feud. amitt.*

amicit. n.120. Adeò quidem, ut nec lex vel SCtum, nec ulla Principis dispensatio te liberare possit, quin pecces, si in ea impingas. vide magnum Theologum Dn. D. Joh. Georg. Dorscheum *in Anticrisi Theologica contra Ernestum de Eusebiis sect. 4. qu. 2. pag. 25. & seqq.*

Pos. XIX.

VNde id, quod caret ratione juris, vel contra bonos mores fit, nullâ lege confirmari potest, *l.188. ubi pugnantia §. 1. D. de R. I. l.15. filius D. de condit. Instit. l.125. nepos Proculo D. de V.S.* Io. Em. à Rosbach. *in prax. civ. tit. 28. n.26.* Decius *ad l. jure naturæ D. de R.I. num.3. & ad legem 8. num.2. & seqq. D. eod.* Gœdd. *ad d.l. 125. de V.S. n.3.* ubi docet, eam interpretationem, quæ cum pietate, cum existimatione, cum honestate, cum jure pugnat & illi contraria est, nec audiri, neque admitti debere. Add. *l.6. pacta C. de pact.* Kremberg. *de sumptib. stud. qu.7. p.577.* Sic ne furtum naturâ turpe sit, nulli Lacedæmoniorum mores, aliorumve placita efficere potuerunt. Licèt autem legum ratio non semper dari possit necessaria, debet tamen subesse probabilis, ut docent Cujac. *ad pr. Inst. de fiduc. tut. & lib.17. O.15.* & post eam Dn. D. Tabor *in I. M. coroll.1.* Non moramur *l.20. D. de ll.* quam ut firmissimum ignorantiæ præsidium obtendere nonnullos ait Ehemius *lib.7. de princip. jur. c.17.* vid. Ant. Fab. *in rational. ad dictam l. 20.* Wesenb. *tr. de ll. n.5.* Arumæ. *disp. Pand.1. th.7.* Scitè Alb. Gent. *2. lect. 2. De nobis, non de legibus loquitur, non dicit, non esse rationem, sed reddi non posse*; quæ diversa sunt. Quod perspicuè & nervosè declarat Corasius *p.1. de A.I. c.3. sub fin.* Testatur quippe experientia, non solùm à JCtis quandoque non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, perfectam rationem reddi posse, juxta *d.l.20. D. de ll.* sed & eorum, quæ à natura sunt data, quandoque à doctissimis etiam Medicis & Physicis rationem vix satis explicari. Confer Tob. Knobloch. *in disp. de occultis qualitatibus, anno hujus sec. 11 Witteb. hab.* Lemnium *lib.2. de occultis naturæ miracul. cap. 12. pag. m. 282.*

Ratio juris fundam.

Pos. XX.

Contra bonos mores quid dicatur fieri.

NOtanda tamen solennis Dd. distinctio, qua distinguunt inter bonos mores civiles & naturales, seu canonicos, Gail. 2. *Obs.39. n.15. & 2. seqq.* Schneid. *l. de donat. rubr. de don. int. vir. n.87.* Ferdin. Herberstein. *de Iudiciis tit. 14. concl. 4.* Rittersh. 3. *different.17. sub fin.* Contra bonos mores autem Canonicos vel naturales dicitur id, in quo est naturalis turpitudo; quodve inducit nutritq; peccatum. Menoch. *Cons.401. n.196.* ut quando juram. interponitur super actu per se & sui naturâ turpi; quodve principaliter repugnat utilitati publicæ.] Rittershus. *d. loc. pag. m. 108. & p.12. Nov. c.8. n. 4. ubi textibus & exemplis ex utroq; jure allatis rem eleganter declarat.* Dixi principaliter, seu immediatè, primariò ac per se; quo ipso excluditur, quod per latiss. aliquam consequentiam eò referri potest. Cov. *ad cap. Quamvis p.2. §.1. n. 13.* Rol. à Valle. 1. *cons.19. n.48.* quos sequitur Bachov. *in Tr. 1. disp. 21. th. 2. lit. B.* Ex quo quivis facilè colligere poterit, quid Nostris dicatur fieri contra bonos mores civil. bonus text. *in l 42. probrum D. de V.S. l.4. ex eo C. de inut. stip. l.9. si tutor. §. & generaliter. vers. absurdum. D. de tut. & rat. distrah.* Schneidvv. *d. loc. n.87. ubi in f. exempl. ponit in pacto de futura succ.*

Pos. XXI.

Prædicta dist. à nonnullis impugnatur.

QUam dist. licèt improbent Covarr. *ad cap. Quamvis 2. de pact. in 6. p. 2. pr. n.4.* Ant. Fab. 39. *err. Pragm. 2.* & nonnulli alii: Sano tamen sensu accepta non planè incommoda videtur, *arg. d. l. 42. de V.S. & l.15. Item apud §.2. ait Prætor cum 4. seqq. D. de injur.* Gœdd. *ad d. l. probrum n.9.* Hoc largior Covarruviæ, commodiùs bonos mores, in ratione naturali proximè fundatos & oppositos turpitudini, distingui à ratione civili. Add. Frantzk. 2. *resol. qu.5. ubi n.8. quoq; dicit, quòd accommodatius sit, si bonos mores simpliciter & κατ' ἐξοχὴν de iure naturali accipiamus.* Nam & cùm LL. bonos mores dicunt, naturales accipere videntur; ita hæc separata, contra ll. & contra bonos mores, *l. 14. & seq. D. de condit. Instit. l.6. C. de pact. &c.*

Pos.

Pos. XXII.

FInem juris nat. non aliis, quàm optimi Magistri nostri Wesenbecii (ita eum nominat Dn. D. Tab. *in Præf. suar. Racemat. crimin.*) *π. de I. & I. n. mihi* 15. verbis proponere lubet: Scilicet introductum est hoc jus, ut sit testimonium de DEO, & judicium conscientiæ adversus peccatum; & ut de futuro judicio omnes admoneat: cùm enim multa scelera in hac vita non puniantur, quæ tamen conscientia accusat, necesse est, aliud restare judicium, alioqui frustra hæc notitia esset naturæ infusa: Postremò ut eo regantur disciplina & mores. Ita ille; cujus sent. nititur fundam. Paulino ad Roman. cap. 1. & 2. Faciunt huc tradita P. Melanchtonis *Comm. in Ep. D. Pauli ad Rom. cap.* 1. *fol.* 36. ubi dicit, propter tres causas DEUM in homine voluisse, reliquam esse legis noticiam, 1. ut extaret testimonium de DEO in nobis; 2. ut accusaret & damnaret peccata; 3. ut regeret disciplinam. add. Cunr. Heresbach. *in Iurispr. Christ. Edict.* 5. *p.* 130. *Finis*

Pos. XXIII.

INsignis hujus juris effectus est obligatio, quam producit naturalem; cujus vis consistit in honestate & pudore. Exemplum hujus nat. oblig. habetur *in* §. 1. *I. de fideicommiss. Heredit.* ubi dicuntur fideicommissa appellata, quia nullo vinculo juris, sed tantùm pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Huc pertinent omnes actiones virtutum, ad quas homo, quà talis, ex honestate & pudore naturali obligatur. vid. Frantzke *in disp. de obligationibus th.* 10. *& exerc. Iustin.* 9. *qu.* 1. Quamvis verò obligatio quælibet adstringat in foro conscientiæ, recta tamen ratio diversimodè effectum tribuit huic obligationi in foro exteriori. Hinc naturalis obligatio non malè subdividitur in minus plenã s. merè naturalem, & pleniorem. Illa est, quæ in terminis meræ honestatis & æquitatis consistit, cujus exempla tria refert Suth. *diss.* 12. *aph.* 18. *&* 19. jungatur Grot. 2. *de I. B. & P.* 14. *n.* 6. latè & eruditè Amplist. Dn. D. Rebhan, præceptor meus honoratiss. *in suo Hodog. Iur. chart.* 2. *Clim.* 3. *num.* 3. *pag.* 429. *& seqq.* Hæc s. *Effectus.*

pleniot

plenior naturalis obligatio est, quæ quidem jure gent. actionem producit, sed non jure civ. verùm alios quosdam effectus eodem jure habet, quorum 5. recenset Suth. *d. diss.* 12. *aph.* 16. Septem Bernhard. Schot. *in Exam. jur. de O. & A. p. m.* 900. *add.* Don. *de pignor. cap.* 2. *pag.* 97. Vult. 1. I. R. 26. *num.* 16. *& seqq.* Cujac. ad African. *tr.* 7. *p.* 368. *& seqq. & tr.* 9. *p.* 575. Quamque lege resistente non oriri autumant Io. Sichard. *ad L.* 6. *pacta C. de pact. num.* 4. & Ant. Usillus *ad §.* 1. *omnium. I. de act.*

Pos. XXIV.

Obligat omnes homines.

OBligat autem omnes homines ratione utentes, nullâ habitâ personæ aut conditionis ratione; quoniam quibus divinitus inscripta, iis etiam simul lata est, eoque ipso promulgata. Unde sequitur, nullum hominem hîc dispensare posse: cùm, dispensare de L. aliquâ, requirat eâ esse superiorem; jure autem naturæ Princeps aut ullus alius superior non existit. *cap.* 16. *cum inferior. X. de majorit. & obed.* Christoph. Neand. *in arb. consang. sect.* 3. *p.* 158. Carpz. *in arb. cons. disp.* 2. *cap.* 5. *pos.* 51. *n.* 9. & 10. Ut detestanda sit Episcoporum Romanorum licentia, quibus piaculum haud videtur contra id dispensare, prout legere est apud Bellarm. *de matrimon. cap.* 27. Quod ideò providerunt, ut hujusmodi qq. in curiam Rom. traherent, & avaritiam suam satiarent: quippe appetitus eorum est enixus in pecuniis cumulandis, contra honestatem communem, & fidem Deo promissam, sicuti Nobiliss. Pragmaticus Ioh. Petr. Ferrariens. ipsemet Pontificius graviter monet *in practicâ suâ Form. appell. à sent. def. §. Et ad quemcunque n.* 1. & 2. Confer eund. *form. libell. in act. confess. ad verba: Plenam & omnimodam, vers. Vides enim quod ipse Papa &c.* ubi mirandam & abominabilem superioritatem P. R. diruit animosè, & ut loquuntur, fundamentaliter evertit. Quanquam etiam penes non paucos Episcopos dubia fuerit prætensa illa amplitudo potestatis & jurium R. P. in Ecclesias & bona earum universa. Quæ omnia non minus solidè quàm operosè per conclusiones, etiam è principiis & decisionibus JCtorum, Canonistarum & Moralistarum Pontificiorum, executus est Dn. D. Dorscheus *in Anticrisi*

Theologicâ

1557.

Theologicâ ad judicium Theolog. Ernest. de Eusebiis sect. 4. qu. 6. pag. 79. & multis seqq.

Pos. XXV.

DE pupillo intricata inter Dd. vertitur controversia, an & quatenus ille obligetur. Sanè hunc sine autoritate tutoris ne quidem naturaliter obligari, expressè dicitur *in l. 59. pupillus D. de O. & A. l. 41. quod pupillus. D. de cond. indeb. add. l. 1. §. fin. D. commod. l. 9. obligari D. de auct. tut. ibiq;* Wes. *in π. n. 2.* Vult. 1. I. R. 27. *n.* 8. Goedd. *de contrah. stip. cap. 7. n. 212.* ubi n. seq. habet rationem, quòd nempe in contrahendo consensus desideretur, qui in pupillis non sit, aut si quis, imperfectus tamen, non solùm juris auctoritate, sed etiam naturâ ipsâ. Sive quod idem videtur, pupillus consensu justo & ad obligandum idoneo caret, ut tradit Vultejus *Vol. 3. cons. Marp. 29. n. 238.* Excipe 1. casum, quo ex re venit obligatio & actio, *l. 46. furiosus. D. de O. & A.* id est non ex persona vel facto obligati, nec ex consensu vel quasi consensu, sed ex gestione & æquitate, Don. & ibi Hillig. *lib. 15. cap. 16. lit. B.* Ubi non modò naturaliter, sed & civiliter obligatur Riem. *Dec. 3. qu. 8.* Excipe 2. pupillum factum locupletiorem, *l. 1. in pr. l. 5. pr. D. de aut. tut. l. 3. §. 4. l. 6. pr. D. de neg. gest. l. 3. in pr. D. commod. l. 10. eatenus D. de Inst. act.* Vult. *d. cap. 27. n. 9.* D. Bicc. *sect. 1. Aureor. th. 45. lit. g. Tr. 1. disp. 6. th. 5. lit. B.* Georg. Loschius *disp. ad Inst. 8. qu. 1.* 3. Si dolus sit commissus *l. 111. pupillum. D. de R. I. ibique Dec. n. 3. l. 1. §. 15. an in pupillum. D. depos.* nervosè Th. Lindeman. *exerc. Iustin. rubr. de indebito n. 3.* Quarta exceptio colligitur ex traditis & allegatis Pos. XXIII.

An pupillus naturaliter obligetur.

Pos. XXVI.

EX prædicta obligatione catholicâ fluit, quòd Ius naturæ sit immutabile, *§. pen. I. de I. N. l. 8. D. de capit. minut. §. ult. I. de legit. agn. tut. §. 11. I. de heredit. quæ ab intest. l. 8.* ibique Dec. *n. 1. D. de R. I.* facit *l. 2. §. 1. D. de Usufr. ear. rer. quod eleganter declarat* Wesenb. *in π. de I. & I. num. 15. in f.* add. Don. ibique Hillig. *lib. 1. cap. 12.* ratio assignatur *in alleg. §. 11. Inst. de I. N.* Quoniam nempe

Ius nat. est immutabile.

divinâ quâdam providentiâ constitutum est. Coras. *part. 1. de A. I. cap. 16.* Reinking. *l. 2. cl. 2. cap. 4. num. 5.* scitè Bronchorst. *ad dictam l. 8. de R. I.* Frantzk. *exerc. 1. qu. 10. & in Com. ad Pand. tit. 1. n. 149. & seqq.* nec obstat *l. 6. D. de I. & I.* quam bellè interpretantur Lopez *animad. cap. 4.* & post eum Hillig. *d. cap. 12. lit. E.* Herm. Hermes *in not. ad Wesenb. d. l. lit. ee.* Cæterùm vulgò Dd. variè distinguere solent, & quò quisque ex nostræ professionis viris sibi videtur ingeniosior, eò ad novam distinctionem fingendam est audacior. 7. distinctiones tradit Bachovius *in Treutl. 1. disp. 1. th. 4. lit. D.* quinque ponit Henr. Hahn *ad Wesenb. pag. 51. & 52.*

Pos. XXVII.

Explicatio prioris. EQuidem non est infrequens in Jure nostro, ut ex causa justa & evidenti declaretur aliquo casu jus naturale, *arg. §. 1. I. de Iure person. l. 35. minimè. D. de religios.* Covarr. *in repetit. cap. peccatum. p. 2. §. 11. num. 3. de R. I. in 6.* Dn. Ludvv. *in Synops. Feud. c. 14. pag. 369. & seqq.* nunquam tamen in totum, per se, ut loquuntur, & absolutè tolli potest ac abrogari; sed nonnunquam propter commodum aliquod Reipubl. & necessitatem, vel, ut majus malum evitetur, solet fieri, ut quædam concedantur, quæ juri naturali repugnare videantur, reverà tamen contraria non sunt. Quemadmodum pronuper hoc eruditè declaravit Dn. Hahn. ad Wesenb. *in π. de I. & I. n. 15.* & ante hunc Hottom. ad *d. §. 11. I. de I. N.* Phil. Melancht. *in epitom. phil. mor. p. 103.* Jus itaque naturale dicitur immutabile, in se & suâ naturâ, nec intrinsecus mutari potest; potest tamen extrinsecè in subjectis alterari, modificari & inflexionem quandam pati, *l. 6. de I. & I.* Doni *lib. 1. Comm. c. 12.* scitè Vallens. *in π. Iur. Can. procem. §. 3. n. 3. & 6.* Regn. Sixtin. *Consil. Marpurg. 9. n. 108. vol. 2.* Ad rem attingere videntur Theologi Morales, quando dicunt; Dupliciter quid posse mutari, vel quasi mutari, seu desinere esse; scilicet vel intrinsecè per mutationem sui, ut pater definit esse pater, si moriatur; vel extrinsecè tantùm per mutationem alterius, quomodo pater desinit esse pater per mortem filii; quæ desitio in patre non est mutatio, sed per modum mutationis à nobis concipitur,

cipitur, vel significatur. In L. positivâ contingit mutatio priori modo, quia tolli potest; in L. autem naturali minimè, sed solùm secundo modo per mutationem materiæ contingit, ut actio subtrahatur ab obligatione legis naturalis, non quòd lex tollatur, vel minuatur, semper enim eodem modo obligat & obligavit; Sed quia ipsa materia legis mutatur; quemadmodum exemplis adductis pulchrè declarat Suarez. *de legibus l.2. cap.13. n.7. & seqq.* adde Hug. de Roy *de eo quod just. est lib. 3. tit.4.* Molinam *tom.1. tr.1. disp.4.*

Pos. XXVIII.

NOstro Juri omninò affine videtur Jus divinum morale, quod immutabilem DEI voluntatem continet, & immotam æternæ Iustitiæ regulam omnibus præscriptam, Lancel. *lib.1. Instit. I. Can. tit.2. in pr.* ibique Io. Baptista Bartolin. *in not.* Legem æternam vocant Dd. nec cuiquam ei aliquid addere vel detrahere licere statuunt. Vult. *Cons. Marp.15. vol.1. n.318.* Quod à DEO ipso præscriptum est in monte Sinaî, tanquam regula vitæ, *Exod.19. v.5. & 8.* Ejus compendium est decalogus, *Exod.20.* qui ad omnes pertinet. Summa Decalogi habetur Matth 22. *v.37. & seqq.* Usus Decalogi est politicus & theologicus; politicus est, quo disciplina externa contra homines indomitos conservatur. Theologicus alius est in piis, alius in impiis; in his speculum miseriæ; in illis partim peccati agnitio, & ad Christum adductio, partim norma gratitudinis. V. Dav. Chytræus *in libello de regulis vitæ, ubi in pr. utilitates Decalogi summatim complectitur, addatur* Ioh. Brentius *in explic. Decal. p.440. & seqq. & p.646. & seqq. sub rubricis de Usu Decal.* Mart. Chemnit. *Loc. de Lege Dei p.263. & seqq.* Cæterùm Hunnius *de Autorit. jur. c.1. qu.8.* tres ponit notas L. Moralis, 1. Si ante LL. Politicas & forenses à Moyse latas fuerit sancita. 2. si rationem habeat moralem, naturalem & perpetuam; 3. si in novo testam. denuò fuerit repetita, & de novo, quasi Christianis observanda, præscripta. *Affinia.*

Pos. XXIX.

Iuris nat. cum morali convenientia.

ET in effectu jus naturale à jure Divino seu Decalogo differre non videtur; nisi quòd Decalogus meras conclusiones immediatè ex universalissimis principiis naturalibus deductas; Ius verò naturale & ipsa principia contineat. Vid. Phil. Melancht. *in ep. ad Rom. c.1. ad verba, scientes jus DEI fol.*43. & in Ethicis *p.m.* 203. *& seqq.* Chemnit. *in loc. de Lege DEI cap.*4. *p.*28. *&* 29. Calixt. *in Epitom. Theol. moral. p.*64. *&* 65. Vasq. *l.* 1. *controv. Ill. c.*29. *num.*14. *& lib.*2. *c.*55. *n.*10. Quod scitè D. Paulus ad Rom. cap. 2. ostendit, dum gentes, quamvis legem scriptam , puta Decalogum, non habeant, sibimetipsis tamen legem esse, & illa, quæ legis sunt naturalis, facere, &, si contrà faciant, testimonium reddente ipsorum conscientiâ, accusari, si secundum legem faciant, excusari. Quâ de materia vide eleganter disserentem Io. Sperling *in tr. de subtilitate, meditat.* 12. *effato* 1. *p.* 334. & latiùs Suarezium *lib.*2. *de ll. c.*6. Internum quippe conscientia cuique homini reddit testimonium de bene vel malè factis, recti judicii sensu, quem perpetuò comitatur lætitia vel metus. B. Meisn. *de LL. l.*4. *sect.*11. *qu.*11. Lips. 1. *pol.* 5.

Pos. XXX.

Alia ratio est Legum Mosaicarũ forensium.

ALia ratio est Legum forensium Mosaicarum ; quæ pertinebant ad gubernationem populi Iudaici politicam , continebantque præcepta de defensione disciplinæ in civilibus & criminalibus, ut in contractibus, dominiorum distinctionibus , hereditatum divisione, Iudiciis, officiis Magistratuum , pœnisque. Vid. Chemnit. *d. loc. de lege DEI p.*36. Io. Gerhard. *tom.* 3. *locor. theolog. rubr. de LL. Cerem. & forens. num.*38. & proinde non indistinctè, ut lex Moralis, nos obligant, Coras. *p.*2. *de A. I. c.*1. Dan. Otto *de I. P. c.*12. *p.* 438. *edit. nova , qua est Dn. Limnai ,* Georg. Braudl. 7: *I. P.*2. *n.*9. nisi quatenus receptæ & 2. quid morale contineant, Heresbach. *in Iurispr. Christ. p.*4. Schotan. *in exam. jur. p.*6. Etenim sic statuunt Theologi comm. LL. forenses in iis, quæ sunt juris communis, seu legis moralis, nos quoque obligare; quæ

 1561.

quæ verò sunt juris particularis, & pro terræ promissæ, ac Reipubl. Hebrææ conditione sancitæ, non magis nos obligare, quàm aliarum Rerumpubl. LL. ac statuta, vid. Gerh. *d.l.n.39.* imò post destructam politiam Mosaicam ne Iudæos ipsos obligare LL. forenses, statuit M. Adam Francisci, Abbas quondam Heilsbrunnensis, *loco theol.4. p.m.60.* Quod textib. ex sacro Cod. allatis firmiter probat Chemnit. *d.l. c.5. de abrogatione legis p. 39. & seqq.* Sed nec illud ignorandum est, prohibitionem legis esse Moralis, pœnam sceleris admissi esse legis forensis, vid. Vult. *d. Consil. 15. n.318. vol.1.* Chemnit. *de lege DEI p.38.* ubi ambo hoc exemplis accuratè declarant.

Pos. XXXI.

IGitur periculosè errant Zvvingliani, dum (Spiritu Anabaptistico) LL. Mosaicas forenses in usum revocandas, & ab ipsis discedere nefas esse, asserere non verecundantur; & eò vesaniæ prolapsi sunt Herbornenses, ut nonnullas Impp. Roman. LL. repudiaverint eo nomine, quòd cum Mosaicis non consentiant. Quorum errorem post alios detegens reprobavit Balth. Mentzerus *in Exeg. A.C. art.16. p.m.422.* DEus enim non tulit LL forenses, convenientes disciplinæ omnium gentium, sed accommodavit illas 1. ad mores populi Iudaici, 2. ad conditionem illius terræ propter vicinas regiones; 3. ad circumstantiam illius temporis, cùm expectabatur Messias, in illa politiâ nascendus; 4. ad formam & statum illius Reip. Et sic cuilibet magistratui suas LL. non pugnantes cum Decalogo liberas relinquit, Matth. 22. v. 21. Rom.13. v.1. confer brevibus Salom. Gesnerum *loc. theol. 13. qui est de divinâ lege p.423.* Dn. D. Io. Hülseman. *de præscriptione opinionis th.10.* Sanè ipse Calvinus *lib. 4. instit. c. 20. disertè scribit: Sunt qui rectè compositam esse Rempubl. negant, quæ neglectis Mosis politicis, communibus gentium legibus regitur, quæ sententia quàm periculosa sit & turbulenta, viderint alii, mihi falsam esse ac stolidam demonstrâsse satis est.* Hæc ille.

Zvvinglianorum error.

Pos. XXXII.

Contraria. DAmnantur igitur probra, quæ Iure nat. prohibita sunt admittere, *arg. §.1. Inst. de Oblig. quæ ex delict. nasc. l. 42. de V. S.* Io Harpr. *in tr. crimin. ad d. §.1. n.41. & seqq.* Esse autem quædam naturâ ita prohibita & famosa, ipsa dictat ratio. Quod inculcat quoque D. Paulus *ad Rom. c.1. & 2. 1. Cor. 11. v.14.* ibi, ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις ὑμᾶς διδάσκει; ad quem locum notat Dn. D. Dannhavver. quòd planè inexcusabiles futuri sint in novissimo die illi θεοσυγῶς, qui neglecto lumine naturæ illotis manibus in verbum Dei irruerunt. *In Idea boni Interpr. part. 1. sect. 1. art. 1. §. 5. p. 7.* Nec obicem ponit, quòd unius vel alterius gentis mores corrupti ab hac universali naturæ ratione nonnihil deflexerint, de quibus Gellius *lib.11. N.A. c.18.* Quemadmodum enim una vel altera hirundo non facit ver; ita unius vel alterius gentis corruptelæ juri nat. nihil quicquam derogare possunt. Io. Oldendorp. *vol.1. Cons. Marp. 3. n.12. & seqq.* Quippe juris nat. quid sit, non ex usu immanitate efferatarum gentium, sed usu earum, quæ non omnem humanitatem exuerunt, æstimandum est. Theoph. *§.1. I. h. tit.* Vult. *ad pr. I. h. tit. n. 2.* Hillig. in Don. *lib.1. c.7. lit. A.* Recte Ant. Augustin. *4. emend. 4.* *Perversæ aliquorum mentes non pervertunt divinam omnium consensionem.*

Pos. XXXIII.

Casus pro amico jus nat. non admittit. AD finem properans omisi positiones nonnullas, ob temporis angustiam, quæ plura coacervare vetat. Illud saltem annecto, quòd casus pro amico non agnoscat jus nat. Qui Dd. vocantur, in quibus judex, cui parti velit, gratificari possit; & qu. pro amico, in qua Dd. dicunt, se paratos consulere pro amico, quod amicus efflagitavit. Unde evenit, sæpe contraria Consulentium responsa in lucem edi. Hillig in Don. *lib.3. cap.23. lit. A.* Ant. Maria Coratius *de communi V. I. Dd. opin. lib. 2. tit. 9. cas. 32. n.172.* Hier. *Tr. 1. disp.1. th. 1. lit. B.* ubi Bachovius contra Tr. asserit, dari casus pro amico, & Iudicem posse habere respectum amici, ita tamen ut justitiæ executio non impediatur; in casu nimirum

mirum tam disputabili, ut Iudici omninò æqua hæreat ac nesciat, quid pronunciandum, quando ab utraque parte paria rationum pondera adsint, & *disp*. 4. *th*. 9. *lit*. F. ubi in fine dicit, *in qq. juris controversi amicitiæ vel favori aliquid dari posse*. ante Bachov. sic docuisse videtur ipse Panorm. *in c*. 1. *de constit*. *n*. 15. quem refert & sequitur Ferdin. Herberstein. Lojolita de judiciis *tit*. 17. *concl*. 2. *p*. *m*. 258. Verùm horum opinio satis iniqua in fumum abit per tradita. 1. Schot. *in exam*. *jur*. *p*. 3. *sub qu*. *Quid in ambiguis faciendum*. 2. Illud repono, nullam adesse justitiæ administrationem vel executionem, quando Iudex pro amico pronunciat; quando enim pàr utriusque jus est, pariter quoque utrique justitia fiat, quæ tamen omninò alteri detraheretur, secundum Bachovium 3. resistit *can*. 29. *quicunq*; *ca*. 11. *qu*. 3. Corat. *d*. *l*. *num*. 126. Veteres multis modis in ejusmodi nodosis controversiis sunt usi: interdum jurârunt sibi non liquere; interdum usi sunt remissione ad Iudicem superiorem; interdum prorsùs suspenderunt judicium; interdum rem controversam diviserunt; quemadmodum exemplis hæc omnia declarat Ioh. Dauth. *tr*. *de testam*. *rubr*. *effectus substit*. *vulg*. *primus n*. 138. Cæterùm graviter hâc de re disserit Tessaur. *decis*. 89. *ubi n*. 3. *Soleo ego dicere, scribit, quòd potiùs sit casus pro Diabolo, & decis*. 206. *num*. 13. *Neq; puto posse reperiri casum aliquem, qui dici posit* PRO AMICO, *sed potiùs pro Diabolo, cùm det causam ad inferos detrudendi*, Add. Berlich. *p*. 2. *conclus*. 22. *n*. 70. Gell. 1. N. A. 3. *ubi egregiè Pericles*: Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν; *Oportet me ita juvare amicos, ut ne offendam Deos*.

DEO SIT GLORIA.